

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

























textum non relinquat nisi postquam, re diutiùs perpensâ, certò scierit illum vel nullum omninò sensum, vel sensum absurdum exhibere, modò relicto textu quum ità postulat necessitas, ab eo quàm minimè discedat, & in ipsis verbis adulteratis veræ lectionis vestigia labore invenire. Hic peto à lectoribus ut legant observationes criticas quæ hanc præfationem proximè sequuntur, in quibus quæstionem de scriptis veterum ab editore emendandis, quæstionem sanè maximi momenti, elucidavimus quantum in nobis fuit.

De brevioribus notis quas textui subjecimus; de analysi quam unicuique orationi præmissimus, ac de aliis quæ editioni Lyfiacæ cum Isocrateâ communia sunt, hîc silebo quoniam illis satis fuerit explicata. Hic, ut illis, querar de necessitate græcum sermonem in latinum vertendi ut græca intelligantur, ac omnes istæ latinæ versiones nostram græcæ linguæ ignorantiam magnâ voce mihi semper videbuntur testari. Cur, quæso, per latina potius ad græca aditus datur quàm per græca ad latina? num difficilius est græca penitus edisci quàm latina? quidni, ut jam dixi aliàs, ac iterùm iterùmque dicam, quidni græcis simul & latinis pari diligentia imbuuntur adolescentum mentes, ut ex illo gemino fonte pari studio & facilitate perant undè sermo ipsorum vernaculus ornatior









































































































































































































































































































































re. Quæ omnia deus istum cogitare finit, non ipsius conservandi gratiâ, sed ut impiè ab ipso gestorum pœnas repetat. Novissimè demùm seipsum vobis tradidit, ut de se statueretis quodcumque lubeat, non suâ innocentia fretus, sed fatali quâdam necessitate adductus.

V. Neminem igitur, per Jovem, oportet, neque ætate provectiorem, neque adolescentiorem, quum videant Andocidem ex periculis ereptum, & impia ejusdem facinora cognoscant, de diis secus quàm deceat sentire; reputantes melius esse dimidiatam vitam sine mœrore vivere quàm cum mœrore duplicatam, qualis isti contigit. Eò autem pervenit impudentiæ ut jam factiones suborneret in republicâ, & de negotiis publicis agat, & conciones habeat, & magistratum alios vituperet, alios repudiet, & senatum ingressus suum aperiat consilium de sacrificiis, de vectigalibus, de precibus, de votis & oraculis. Atenim huic auscultantes quibusnam diis existimatis vos grata facturos? Ne enim arbitremini, iudices, si vos

---

[ 1. 13. ] Οὗτος, scil. ὁ βίος τοῦ Ἀνδοκίδα.

[ 1. 15. ] Ἐν deest in vulg.

[ Ibid. ] Transposui ἦδὲ quod in vulg. legitur post καί.

[ 1. 17. ] Τίνας, vulg. τισί.

[ 1. 18. ] Πρόσοδοι, supplicationes, quum ad pulvinaria deorum aditur.















































































































































































































































CONTRA THEOMNESTUM PRIOR. 221

mitatem expertum , & strenui viri functum officio in periculis. Qui quum à tribunali recederet , dicebat ; infelicissimam certè expeditionem illam gessimus , in quâ multi cives cecidere , & ii qui arma servârunt falsi testimonii damnati sunt ab iis qui abjecerunt. Illi nimirùm fuisset præstabilius in prælio interire quàm in urbem reversum talem fortunam experiri.

4°. Ne igitur vos Theomnesti misereat merita audientis convicia , eidemque insolescenti & maledicenti contrà leges condoneris. Ecquæ enim major calamitas mihi posset evenire , quàm exprobrationes audiisse tam fœdas de parente illo qui vestris exercitibus sæpius præfuit , qui multa vobiscum subiit pericula longè diversa ab iis quæ in iudicio fiunt , qui nunquam in hostium potestatem venit , nunquam à civibus damnatus fuit pecuniarum malè gestarum , qui annos natus septuaginta septem , propter suam ergà populum Atheniensem benevolentiam , in oligarchiâ occisus est ? annon igitur æquum est talia exprobranti succensere , patrique succurrere in quem recidunt conjecta in me opprobria ? quid enim illi acerbius contingere poterat quàm ab hostibus interfici , infamari verò

---

*ἀνιπαρότερον* ex autoritate virorum doctiorum & codicum manuscriptorum.















































































































































































































































































































































































































































































































































































































Παισανίε σκλήην ἐλθόντας βοηθήσαι τῷ πλήθι.  
 Καὶ τοιούτων ἡμῖν ὑπαρχόντων, εἰς τίνας ἀνέβα-  
 λήθημεν δικαστὰς καταφυγεῖν; ἄν εἰς σὺν ἔγω  
 πολιτευομένους ἢ πολίλειαν ὑπὲρ ἧς ἔο πατήρ ἔ-  
 5 οὐ φροσῆκοντες ἡμῖν ἀπέθανον; Νὺν τοίνυν ταύ-  
 τῳ ἀνθ' ἀπάντων ἀπαλοῦμεν ὑμᾶς τὴν χάριν,  
 μὴ φειδέειν ἡμᾶς ἀπόφραξαι τεθέντας, μηδὲ  
 ἐνδεῖς τῶν ἐπιτηδείων γένημεν· μηδὲ τὴν  
 τῶν φροσόνων εὐδαιμονίαν καταλῦσαι, ἀλλὰ  
 10 πολὺ μᾶλλον ὡς δέδειγμα ποιῆσαι τοῖς βυλο-  
 μένοις ἢ πόλιν εὖ ποιεῖν, οἷον ὑμῶν ἐν τοῖς κυ-  
 δύνοις τεύξον). Οὐκ ἔχω, ὦ ἄνδρες δικαστῆ,  
 οὐσπινὰς δεησομένους ὑπὲρ ἡμῶν ἀναβιβάσωμαι.  
 Τῶν γὰρ φροσόντων οἱ μὲν ἄνδρες ἀγαθὸς αὐτῶν  
 15 ὡς φροσόντες, ἔο μὲν ἢ πόλιν ποιοῦντες, ἐν  
 τῷ πολέμῳ τεθῆσιν· οἱ δὲ ὑπὲρ τῆς δημοκρα-  
 τίας ἔο τῆς ὑμετέρας ἐλευθερίας ὑπὸ τῶν Τειά-  
 κοντα κώνηον πόντες. Ὅστε τῆς ἐρημίας τῆς ἡμετέ-  
 ρας αἵτιοι γαγόνασιν αἱ τε τῶν φροσόντων δε-  
 20 πῆ, ἔο αἱ τῆς πόλεως συμφοραί. Ὡς ἄξιον ὑμᾶς  
 ἐνθυμηθέντας, φροθύμως ἡμῖν βοηθήσαι· ἤγη-  
 σαμένους τέτους ἀν ἐν δημοκρατία δικαίως εὖ  
 πάγειν ὑφ' ὑμῶν, οἷα ἐν ὀλιγαρχίᾳ τῶν συμ-

[ 1. 4. ] Vulg. habet πολιτευομένους ὑπὲρ τῆς πολιτείας ἧς ἔο πατήρ, quod emendavi ut legitur.





















































































ginta talenta dicebatur possedisse : mortuus reliquit circiter undecim. Niciæ facultates credebantur non minores esse quàm talenta centum ; atque harum plurima pars domi erat : Niceratus ipsius filius jam moriturus affirmavit se nihil auri & argenti relinquere ; totaque adedò res quam filio legavit , ea non pluris æstimatur quàm quatuordecim talentis. Callias deindè filius Hipponici, qui, patre nuper mortuo, habebatur omnium Græcorum ditissimus, cujusque avus, ut ferunt, rem suam familiarem ducentis talentis æstimavit, ne nunc quidem existimatur duorum talentorum censum habere. Cleophontem omnes novistis universa reipublicæ bona per plures annos administrasse ; putabatur quoque grandem pecuniam accepisse à patribus : demortui autem bona nusquam comparuerunt, affinesque & propinquos, quibus omnia reliquit constar esse pauperes. Iraque patet nos decipi cùm circà eos qui antiquiùs ditescabant, tùm

---

*των ἐτιμώσατο αὐτῷ ὁ πάππος, τότε τῆτου τοίνυν τιμημ' οὐδὲ, quod emendavi partim juxta Reiskium. Ceterùm nota nominativum Καλλίας suspensum hætere, quod sæpiùs fit apud oratores. Pro ὡς φησι, Ald. ὡς φησι : & pro ἐτιμώσατο cod. Sang. ἐτιμώσατο.*

[1. 14.] *Διεχμεισι, Ald. διεχώρησι, cod. Sang. διεχίεισι ut vulg.*

[1. 18.] *Καίλιπιν, sub. τὰ χρήματα.*



































